
PETRI MARTINII NAVARRI,

GRAMMATICÆ HEBRÆÆ,

LIBRI DVO.

Ad Othonem Colignium Cardinalem Castilioneum.







PARISIIS,

Apud Martinum Iuuenem, via S. Io. Lateranensis, ad insigne Serpentis.

M. D. LXXXIIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

PAR GRACE & privilege du Roy eſt permis à Martin le Ieune, Libraire & Imprimeur en l'vniverſité de Paris, de pouvoir imprimer ou faire imprimer un livre intitulé, ***Petri Martinii Navarri, Grammaticæ Hebrææ libri duo. Ad Othonem Colignium Cardinalem Caſtilioneum.*** Et eſt defendu à tous Libraires, Imprimeurs ou autres, de quelque eſtat ou condition qu'ils ſoyent, de n'imprimer ou faire imprimer, vendre ne diſtribuer, autres que ceux que ledit Ieune aura imprimé ou fait imprimer, ſur pe[illegible] de confiſcation des livres qui ſe trouveroient au[illegible] imprimez & d'amende arbitraire. Et ce juſques [illegible]mps & terme de ſept ans finis & accomplis, à comn[illegible]r du jour & date, que la premiere impreſſion ſera [illegible] vée d'imprimer. Ainſi que plus à plein eſt contenu [illegible] privilege. Sur ce donné à Sainct Germain en Laye [illegible] dernier jour de Iuin, mil cinq cens ſoixante ſept.

Par le Roy à voſtre relation,

De Vabres





OTHONI COLIGNIO CARDINALI CASTILIONEO:

PETRVS MARTINIVS MORENTINVS NAVARRVS.

S. P. D.



MITTO AD TE (*Cardinalis amplissime*) *Hebræam Grammaticam iamdudum tibi promissam ac destinatam, & quidem tardiús opinione mea editam, utinam etiam diligentiús. Studium meum porró non mediocre fuit, vt artem sermonis Hebræi non modó accuratiorem, sed*

nostris hominibus omninó commodiorem, & genera tractationis, quoad ejus fieri posset, facilem popularémque afficerem. Grammaticam igitur universam á capite arcessens exposui: materiam in praeceptis ac regulis collegi partim ex Kimhio atque Elia Hebraeis Grammaticis linguae suae doctissimis, & diligentia facil. caeteros superantibus: partim ex Ioannis Merceri Regij professoris eruditissimis praelectionibus, privatísque sermonibus, cui debeo hoc quicquid in me est, si tamen aliquid est, Hebraicae cognitionis & doctrinae: formam veró in disponendis illis atque collocandis ~~Petro Ramo~~ praeceptori meo lubens acceptam fero, ~~cujus cúm in caeteris artibus~~, ~~tum in Grammatica conformanda judicium & industriam grata posteritas amabit atque celebrabit~~. Fretus itaque exempli tam illustris adjumento, artem linguae Hebraeae componere institui: & quidem quó clarior

ac di-

ac dilucidior esset, non truncam & mutilam, ut adhuc feré fuit, sed partibus omnibus integram mihi proposui: definitiones & partitiones quæ deerant, adjeci: literarum genera, & quasi familias, distinxi, vocalibus etiam, sicuti naturæ ordo postulat, præpositis: quas non in solis punctis, sed in literis etiam juxta veterem scripturæ consuetudinem posui, ut inde ratio simul utriusque lectionis, tum antiquæ sine punctis, tum recentioris hujus adhibitis punctis, teneatur ac percipiatur. Eandem porró in syllabis diligentiam secutus sum: quem in locum duo illa, çeva & Dagec, quæ anteá temeré vagabantur, aggregavi, quippé quæ essent syllabæ adjuncta, propriæque affectiones ac veluti appendices: & quidem de çeva, quanquam usitatum morem non contemno, veterem tamen, qualis adhuc Hieronymi ætate retinebatur, magis probavi. Accentus veró á pausis, quas

appellant, sejunxi, quòd illi potius ad vocem, hæ ad sententiam atque orationis syntaxin spectarent. Iam in nomine, declinationes ex numeri generisque differentia, quoniam casus Hebræus, perinde ut nostris jam linguis, nulli essent, duas feci: contractum tamen tanquam casum quendam esse ostendi: in quo punctorum illas scrupulosas & perplexas mutationes comprehendi: si qua veró esset ex affixis varietas, ad syntaxin reservavi: denique, ne singula persequar, in omni reliqua Etymologia non modó ea quæ deerant, supplendo, sed distinctè bonóque ordine collocando, modis omnibus commodiorem illustriorémque artem efficere tentavi. Quid in Syntaxi? Plærique hanc Hebræis nullam esse falsó sibi persuaserant: alii esse quidem, sed artis expertem: itaque regulas quasdam velut extraordinarias absoluto opere adjecerant. At nos, nisi forté spe decipimur,

Hebræam

Hebræam linguam ne hac quidem ex parte jejunam aut inelegantem esse demonstravimus. Verùm totius huius instituti atque facti nostri ratio aliás, vt speramus, copiosiús apparebit. Intereá, Cardinalis amplissime, habes á me munus specie quidem & mole perexiguum, attamen profectum ab animo nominis tui studioso, & raras ingenii ac naturæ tuæ virtutes suspiciente, propter quas Regi charissimus, amplissimum in hoc regno authoritatis atque honoris locum obtines: atque in ista tamen fortuna sic tibi moderaris, vt humanitate facilitatéque nemini concedas: literis autem bonísque ingeniis adeó faves, ut multi te studiorum suorum parentem prædicent, plures tutorem atque conservatorem agnoscant, plærique omnes denique communem Academiæ Mecenatem esse fateantur. Quare vehementer abs te peto, ut hoc munusculum, etsi tua persona non sané dignum,

tamen quia tibi tanto anté promissum atque debitum, æquo animo accipias: méque in eo tibi persolvendo non tam dignitatis tuæ, quám constantiæ fideíque meæ rationem habuisse patiare. Vale.

Lutetiæ, quatto Calend. Augusti, Anno M. D. LXVII.






GRAMMATICÆ HEBRÆÆ,

LIBER PRIMVS.

Cap. 1. De Literis.



RAMMATICA est ars bené loquendi: vt Hebræis hebraïcé. Ejus partes duæ sunt, Etymologia & Syntaxis. Etymologia est pars grammaticæ, quæ præcipit de voce. Vox est nota, qua unumquodque uocatur. Vocis partes sunt litera & syllaba. Litera est pars vocis, qua sonus individuus exprimitur. Ea duplex est, vocalis aut consona. Vocalis est litera, quæ per se sonum integrum potest efficere: Estq; brevis aut

vis aut lõga. Brevis eſt vocalis ſimplicis temporis: ea eſt quintuplex,

Pathah	אַ	α	ă
Segol	יֶ	ε	ĕ
Hiric parvum	ִ	ι	ĭ
Camets hatuph	יָ	ο	ŏ
Qibbuts	יֻ	υ	ŭ

Longa eſt vocalis duplicis temporis: eſtq́ item quintuplex,

Camets	אָ	α	ā
Tſeri	יֵ	η	ē
Hiric magnum	יִ	ι	ī
Holem	וֹ	ω	ō
Çurec	וּ	ȣ	ū

Tres iſtæ literæ אוי olim fuêre pro omnibus vocalibus, unde Hebræis matres lectionis appellantur: prima quippé fuit pro A, ſecunda pro E & I, tertia pro O & V. At eædẽ litteræ tribus itẽ conſonis notandis ſerviebant, ut poſtea percipietur: qui abuſus hodie in Latinis literis

eſt

est i & u, veluti cum ſcribimus ſeruus, coniicio, pro ſervus, conjicio. Quare ut tanta confuſio tolleretur, & vocales ſingulæ ſingulis diſtinctæ notis explicarentur, puncta á Maſoritis inventa ſunt: ut ex Elia intelligitur, annis á Chriſto quadringentis & ſeptuaginta ſex. Ea veró puncta interdum ſola abſque ſuis litteris ad ſcripturæ compendium, interdum ſolæ tres literæ ſine punctis adhibentur. Attamen é vocalibus brevibus tres ultimæ, hiric, camets & qibbuts nunquam plenæ ſcribuntur: ex quo perſpicitur differentia hiric parvi á magno, quæ alioqui nulla erit, ſi plené ſcribantur. Ergo hęc vocalium veré diſtinctéque deſcriptarũ notatio eſt. Camets breve interdum nihil videtur differre á camets longo: verúm diſtinctio ſuis locis patebit.

Conſona

Conſona eſt litera, quæ tantúm cum vocali ſonũ integrum poteſt efficere. Ea duplex eſt, ſemivocalis aut muta. Semivocalis eſt, quæ ſonum per ſe tanquam vocalis dimidium efficit: eſtque acuta vel obtuſa. Acuta dentibus lingua pulſatis effertur, & eſt quadruplex:

Samech	ס	σ	*ſ*
çin	שׂ		*ç*
Reç	ר	ρ	*r*
Lamed	ל	λ	*l*

שׁ proprié ſonat pinguiús & craſſiús quám ס, ut Francis vulgó ch, cum dicunt iter, rem, *chemin*, *choſe*: nos in hujus literæ ſono interpretãdo, cúm Latinus & Græcus character deeſſet, novum, ſed Francis jam elegantioribus uſurpatum adhibuimus. Interdum ſumitur pro ס, & notatur ſiniſtro puncto ſic, שׂ. Porró hujus tantulæ rei ignoratio ma-

magnæ cędis cauſſam præbuit, cúm propterea perierint uno tempore Ephrateorum duo & quadraginta milia, ut eſt Iud. 12.

Obtuſa labiis profertur, item quadruplex.

Mem	ם	מ	μ	*m*
Nun	ן	נ	ν	*n*
Vau		ו		υ
Iod		י		j

Hîc vides ו & י in conſonis numerari: quæ vocales antea fuêre. Hanc cōfuſionem Hebræi viderūt: quam cum vitare ſtuderent, ſine punctis geminam literam ſcribebant, vau quidem initio ac medio dictionis: ut ווי vai, vę, יוון javan, Gręcia: jod autem in medio duntaxat, ut הייה hajah. In fine neutra geminatur, eſt enim vocalis: itaque cum vocali præcedente facit diphthongum, ut poſt intelligetur, ſolétque

ante

ante vau poni ֹ, ut חריאו hadiu, ואו vau: ex quo perſpicitur dicendum eſſe vau, non vaf.

Conſona muta eſt, quæ ſola conatum quendam duntaxat mutit: eſtque tenuis vel aſpirata. Tenuis leniter mutit: eſtq; aperta aut clauſa. Aperta fit labris apertis: ea dentiũ eſt aut palati. Dentiũ triplex eſt,

Teth	ט	τ	*t*
Tau	ת	τ	*t*
Daleth	ד	δ	*d*

ט hodie profertur ut τ Græcum: at nomen ipſum literæ magis ſpectat ad θ, ſicuti ſequens ad ταῦ: & certé ſimplicis ſoni ſimplex character eſſe debuit, Græci tamẽ utrunque eodẽ ſono exprimunt, ut Origenes in hexaplis בטחו βετού, & Septuaginta, פלשתים φυλιστιείμ. Porró ex his literis & ſamech duo literarũ compendia extitêre,

Tſadi

Tſadi ץ צ

Zain ז ζ z

צ literæ proprietatem & ſonum Latinus ſermo nõ exprimit,ait Hieronymus Iſaiæ undecimo.Eſt enim ſtridulus , & ſtrictis dentibus vix linguæ impreſſione profertur.Hæc ille : unde intelligimus ſonũ hujus literæ eſſe tanquam *t* malé pronuntiati : ut cúm ratio vulgo dicitur ratſio. ז autem eſt pro dſ, vt Zabulon,Ezra,pro Dſabulon, Edſra,vulgo Eſdras.

Palati eſt item triplex,

Coph ק *q*

Caph ך כ χ *c*.

Gimel ג γ *g*

Duæ primæ literæ ſonum eundem hodie faciunt , ut antea ט & ת: olim tamen diſſimilem fecêre , ut plæriſque grammaticis placet.

Muta clauſa fit labiis compreſ-

ſis, eſtque duplex,

Beth ב β *b*

Phe ף פ ϖ *p*

Characteres extra ordinem adjecti extremis tantúm vocibus ſerviunt,& finales ideo appellantur.

Aſpirata ſpirat é gutture. Ea lenis eſt aut denſa. Lenis mollius ſpirat, eſtque duplex,

Aleph א ᾿

He ה ῾ *h*

Prima aſpiratio leniſſima eſt, atque ipſa feré oris apertione efficitur: ſed ei nomẽ & character idem tribuitur, qui fuit olim primæ vocalis, ut initio meminimus. Quod ideo veteres feciſſe arbitror, quód illa oris apertio, de qua dixi, primæ vocalis præcipué comes eſſet: itaque Latini é nuda vocalium pronuntiatione lenem ſpiritum intelligunt: diligentia tamen Græcorum

in

in hoc genere magis probatur. Ergo meminerimus lenem aſpirationẽ in prima vocali confuſam eſſe, in cæteris diſtingui: ut אָדָם , אֵיכָה , אִישׁ אוֹר,אִיר. ה proximum lenitatis locũ tenet, Latinóque *h* reſpondet: ut הֵן hen. Porró é mutis ſex tenues aſpirationem iſtam interdum accipiunt, & hoc feré compendio notantur.

Th	ת
Dh	ד
Ch	כ
Ch	ג
Bh	ב
Ph	פ

Hieronymus in undecimum caput Danielis ſcribit, nullam fuiſſe Hebræis literam, quæ Latino P reſponderet: unde ſuſpicari licet has ſex mutas olim ſemper fuiſſe aſpiratas. At hodie tum demum aſpi-

rantur, cúm medio punсto vacant ut רות Ruth, אֱלִיפָז Eliphaz.

Porró hæ literæ tenues ſunt initio dictionis: ut תָּמִיד דָּבָר כַּף גַּר בֵּירת פֶּה. Excipe ſi vocalis aut ה anteceſſerit: ut אָבוֹא בֵיתֶךָ פְּצֵה פֶה.

Denſa aſpiratio craſſior eſt, item duplex:

Cheth ח

Ain ע

ח ſpiritu in cælum palati illiſo facit *h* duplex: Græci cúm melius non poſſent, per χ expreſſerunt: ut חָם χὰμ, חָרָן χαῤὰμ. Reliqua aſpiratio ſonum habet difficillimum, & aure magis quám oculo percipi poteſt: ut hodie tamen profertur, ſonum oſtendit tanquam ex N & G conflatum, qualis videlicet eſſe poſſit in hac ſyllaba γα, cúm dicimus φόρμιγγα. Ideo hæc litera varié á Græcis expreſſa eſt: interdum per γ, ut

עֲמֹרָה

עֲמֹרָה γόμοῤῥα: aliás per ע, ut הוֹשַׁע־נָא ὡσαννὰ utraque autem sępe est omissa, ut חֲנוֹךְ ἐνὼχ, בַּעַל βάαλ.

Porró literarum vulgó alia descriptio est, indéque numeri notantur hoc modo:

Aleph	1		א		א	
Beth	2		ב		ב	
Gimel	3		ג		ג	
Daleth	4		ד		ד	
He	5		ה		ה	
Uau	6		ו		ו	
Zain	7		ז		ז	
Cheth	8		ח		ח	
Teth	9		ט		ט	
Iod	10		י		י	
Caph	20	ך	כ	ך	כ	
Lamed	30		ל		ל	
Mem	40	ם	מ	ם	מ	
Nun	50	ן	נ	ן	נ	
Samec	60		ס		ס	
Ain	70		ע		ע	

Phe	80	ף	פ	ף	פ
Tsadi	90	ץ	צ	ץ	צ
Coph	100		ק		ק
Reç	200		ר		ר
çin	300		ש		ש
Thau.	400		ת		ת

Hebræi pro יה quindecim, ponunt טו novem & ſex, ne nomẽ Dei literis illis ſignificatum, ut quidem ipſis placet profanetur. Centenarios reliquos vel additione ſupplent, vel finalibus literis: millenarios veró ſic, אג̈, אב̈, א̈, vel ג̈, ב̈, א̈ & cætera.

Caput 2. De Syllaba, ubi de çeva & Dageç.

Syllaba eſt pars vocis, qua ſonus integer compræhenditur: eſtque literæ unius aut plurium. Syllaba unius literæ eſt, ut vocalis quælibet:

bet: Syllaba plurium literarum eſt vocalium tantúm,aut etiam conſonantium. Vocalium tantúm, ut diphthongus. Eſt autem diphthongus duarum vocalium in unam ſyllabam comprehenſus ſonus, eſtque triplex: Prima, ubi præeſt א,ut

Sinai סִינַי	}	{ ai }	אַי
Eſau עֵשָׂו	}	{ au }	אָו

Secunda ubi præeſt י,ut

Ciſleu כִּסְלֵו	}	{ eu }	יו
Ziu זִיו	}	{ iu }	יִו

Tertia, ubi præeſt וֹ,ut

Goi גּוֹי	}	{ oi }	וֹי
Talui תָּלוּי	}	{ ui }	וּי

Poſt dipthongum tenues raró aſpirantur: ut הוי גוי.

Syllaba é vocali & conſonante miſta plures illa quidem literas, ſed binas tantúm conſonas utrinque complecti poteſt:.quarum conjunctionis ſymbolum appellatur çeva,

& duobus ſubiectis punctis ita notatur (:) çeva initio ſimplex eſt, ut בכור bchor. Itaque ſi duplex çeva initio occurrit, prioris loco erit hiric: ut דִּבְרֵי pro דְּבְרֵי: vel pathah aut ſegol, præcipué ſub conſonis gutturis, ut עַבְדּוֹ אֶפְקוֹד. Tollitur etiam ſequens çeva in י, ut כִּיקוֹר, וִיהוּדָה pro כְּיְקוֹר וִיְהוּדָה. In fine autem ſyllabæ duplex eſſe poteſt pro numero cõſonantium: ut קֹשְׁט qoçt. Sed in extrema dictione raró exprimitur: ut דָּבָר סֵפֶר. Excipe ſi dictio terminetur ך, ut דַּרְךָ: vel duabus conſonis ut יוֹסֵף.

Conſonę gutturis, ut facilius pronuncientur, aſſumunt ad çeva unã de tribus his vocalibus, pathah, camets, ſegol, eandémque attribuunt literæ pręcedenti: tum autem vocales iſtæ appellantur hatephpathah, hatephcamets, hatephſegol: ut

וַיֶּאֱסֹף

אַהֲרֹן,נָעֳמִי.יֶאֱסֹף. At interdum ſecus eſt.Exo.20.תַּחְמֹד. Iob.6.שַׁחֲרוּ. Reliquis conſonis idem interdum accidit,ut Iob 33.רֻטֲפַשׁ.

ח & ע in fine dictionis pro çeva habent pathah, ſed poſt ipſum pathah pronuntiantur : ut רוּחַ ruah, יוֹדֵעַ jodea. ה pũctum hîc interdum aſſumit:ut נֹגַהּ.

çeva vocalem antecedentẽ corripit : ideo camets ante çeva breve eſt:ut חָכְמָה hochmach. Tenues autem conſonæ poſt çeva huiuſmodi raró aſpirantur : ut תִּזְכּוֹר, אִשְׁתּוֹ içto tizcor. Atque hæc de çeva.

Conſonæ tamen ſimiles ad ſcripturæ compẽdium ſæpius in unam confunduntur, licet voce ſeparentur : hujus autem confuſionis ſymbolum appellatur Dageç: punctum nempe litera incluſum : ut לָמָּה lammah. Conſonæ gutturis, item ר, non

reci-

recipiunt dageç : ideó vocalis eas præcedens producitur : ut עָרִיץ בֵּאר בֵּרֵךְ pro עָרִיץ בְּאַר בֵּרַךְ. Interdum ר habet dageç.Ezech.16.שָׁרֵּךְ. At contra longa vocalis in brevem cõmutatur ſequente dageç:ut אֲרַמִּים תַּחְתָּם pro אֲרוּמִים תַּחְתָּם: etſi interdum ſecus reperies, ut Paral.17. הַגְּדוּלָּה. Hinc camets ante dageç breve eſt , ut רָנִּי ronni. Interdũ dageç ob çeva ſubiectum tollitur.Iob.37.יְשָׁרֵהוּ. Item 40.יִשְׂאוּ pro יְשָׁרְּהוּ & יִשְּׂאוּ. Quód ſi çeva ſit cum dageç poterit ſequens tenuis aſpirari:ut פִּקְדוּ.

Cap.3. De Accentu & Notatione.

Ergo hæc de partibus vocis : cõmunes affectiones ſunt accentus & notatio. Accẽtus eſt, vocis quidam quaſi cantus. Eſt autem natura unicus

cus acutus in qualibet voce, & ita notatur ʹ ſi opus eſt. Huic tamen interdum alius prçeſt adventitius, qui Metheg appellatur, id eſt retinaculum, quód vocem eo loco nonnihil ſuſpenſam teneat: ut פּוֹקְדִים.

Porró hîc accentus vocalem producit: hinc camets cum accentu, quicquid poſtea ſequatur, longum eſt: ut חָכְמָה hacmah, לָמָּה lammah.

Notatio eſt, qua vocis origo exquiritur: eáque eſt in ſpecie aut figura: ſpecies eſt, qua quæritur utrũ vox prima ſit an flexa. Prima eſt vox primúm nata; ea Græcis θέμα, hîc שֹׁרֶשׁ radix appellatur, quód inde cæteræ oriantur: & tribus plenis literis notatur, ut אֶרֶץ terra, פָּעַל fecit: raró admodũ quatuor aut quinque.

Flexa eſt vox orta de prima. Flexio veró efficitur adiectione ſeptẽ litera-

literarum מנותיאה quæ vulgo Heæmanticæ dicũtur, & ad ſola nomina pertinere putantur: at ſi res accuraté conſideretur, in qualibet omnino flexione uſum earum communem depræhendemus: ut מַפְקִיד נִפְקַד,תַּכְלִית,יַלְקוּט,אַזְכָּרָה,הִפְקִיד quod poſtea é ſingulis flexionibus plenius intelligetur. Porró hę literæ, præter ו, præpoſitæ cuilibet voci incipienti á literis נ vel י affectis çeva, ſæpius eas commutant: נ quidem in dageç, ut מַתָּן pro מַנְתָּן, נִגַּשׁ pro נִנְגַּשׁ: י autem in ו ut מוֹשִׁיעַ pro מַיְשִׁיעַ, נוֹשַׁב pro נִיְשַׁב. Attamen ſi media litera fuerit צ, ſæpius fit commutatio in dageç: ut מַצָּב pro מַיְצָּב, הִצִּיב pro הִיְצִּיב. Atque etiã ex iis literis tres interdum ſunt paragogicæ יאה, ut אָבוֹא, רְבָּרְתִי, לַיְלָה: etiam ו nonnunquam: ut בְּנוֹ pro בֵּן Numer. 24.

Figura eſt, qua quæritur ſit'ne

vox

vox ſimplex an compoſita: Simplex eſt in alias voces individua, ut פָּקַד. Compoſita, quæ in ſimplices dividitur, ut אַבְרָהָם. Compoſitio interdum voces contrahit: ut שֶׁלִּי pro אֲשֶׁר לִי.

Cap. 4. De vocis generibus.

Expoſitæ ſunt communes vocis affectiones: genera ſequuntur. Vox eſt numeri aut ſine numero. Vox numeri, quæ numerū adſignificat: eſtque ſingularis aut pluralis. Singularis, quæ numerum ſingularem adſignificat: ut דָּבָר verbum, פָּקַד viſitavit: Pluralis, quæ pluralem ut דְּבָרִים verba, פָּקְדוּ viſitarunt. Vox numeri, eſt etiam generis. Genus eſt, differentia vocis ſecundum ſexum: eſtque ſimplex aut cõjunctũ. Simplex eſt unius ſexus: idque maſculinum

num aut fœmininũ. Maſculinum, quod mari tribuitur: fœmininum quod fœminæ:fitque á maſculino, addito ה ָ : ut טוֹב bonus טוֹבָה bona:בָּן intellexit vir,בָּנָה intellexit fœmina. Conjunctum genus eſt commune utrique ſexui: ut אָנֹכִי ego, פָּקְדוּ viſitarunt. Eadem rurſum eſt finita aut infinita:Finita,quę numerum & genus certis finibus variat: ut אִישׁ vir, פָּקַד viſitavit. Infinita, quæ non variat: ut אֲשֶׁר qui vel quæ, פָּקוֹד viſitare. Vocis autẽ numeri ſpecies duæ ſunt:nomen & verbum.

Cap.5. De Nomine.

Nomen eſt vox numeri cũ genere tãtúm. Numerus dualis in nomine dividitur á plurali, cúm res geminæ ſignificãtur. Genus autem fœmininũ tribuitur ſæpius nominibus gemino-

minorum membrorum, ut יָד, רֶגֶל manus, pes. Quædam etiam ſunt promiſcua, qualia feré ſunt nomina animalium, ut בְּהֵמָה עוֹף צאן, חֲמוֹר כֶּבֶשׂ animal, avis, pecus, aſinus, ovis: ad genus autem diſcernendũ apponuntur hæc nomina זָכָר, נְקֵבָה mas, fœmina. Levit. 4. שְׂעִיר עִזִּים זָכָר hircum caprarum marem: Item, שְׂעִירַת עִזִּים, נְקֵבָה hircum caprarum fœminam.

Cap. 6. De prima Declinatione.

Flexio nominis declinatio dicitur: cujus anomalia communis eſt ex detractione, primúm camets penultimi: ut גָּדוֹל גְּדוֹלִים, גְּדוֹלָה גְּדוֹלוֹת: deinde tſeri ultimi, ubi nullum camets præceſſerit: ut פּוֹקֵד פּוֹקְדִים פּוֹקְדָה פּוֹקְדוֹת.

Declinatio duplex eſt: Prima maſculinorum, quę pluralem à ſingulari

gulari flectit in ים, ut טוּר טוּרִים ordo ordines: sic etiam cum camets penultimo nomina ut עָרִיץ עָרִיצִים: Item desinentia in ה ֶ, sed contracta ultima: ut קָנִים קָצֶה קָצִים קָנֶה sic item cum tseri ultimo quælibet monosyllaba, præter בֵּן בָּנִים. Quædam declinantur ut קֵן קִנִּים. Finita י sæpius ultimam contrahunt: ut גּוֹי גּוֹיִם, יְהוּדִיִּם pro יְהוּדִי יְהוּדִים. Est etiam ן pro ם: ut יָמִין.

Dualis flectitur in ַיִם, ut יָד יָדַיִם manus, ambæ manus: at hæc inæqualiter formantur רֶגֶל רַגְלַיִם, לְחִי לְחָיַיִם, בֶּרֶךְ בִּרְכַּיִם, אֹזֶן אָזְנַיִם.

Contractio numeri hîc est veluti casus quidam: Pluralis fit in ֵי sublato ם ut á טוּרִים fit טוּרֵי: Sic dualis ut שְׁנַיִם שְׁנֵי, שְׁתַּיִם שְׁתֵּי. Et interdum manet ם. ut Genes. 25. שְׁנֵים עָשָׂר duodecim. Singularis rarior est: atque hîc camets ultimum fit pathah, ut

ut דָּבָר דְּבַר: item tſeri poſt camets, ut זָקֵן זְקַן. At finita ה ֶ mutantur in ה ֵ ut מִקְנֶה מִקְנֵה.

Anomalia numeri. Hęc pluralem aliter inflectunt, שׁוֹר שְׁוָרִים, שׁוּק שְׁוָקִים, רֹאשׁ רָאשִׁים, דּוּד דְּוָדִים, יוֹם יָמִים, עִיר עָרִים, סלּוֹן סַלּוֹנִים, צִפּוֹר צִפֳּרִים. At interdum ראשׁ habet pluralem analogum: ut Iſ. 15. בְּכָל־רָאשָׁיו in omnibus capitibus eius: contractionem quidem ſemper habet analogam, ut רָאשֵׁי אָבוֹת principes patrum.

Anomaliam communem primi generis ſequuntur, primó nomina acuta in camets, penultima tſeri: ut שֵׁכָר שְׁכָרִים ſicera ſiceræ. Secundó quælibet penacuta; ubi etiam numerus pluralis exit per camets: ut בֶּגֶד בְּגָדִים veſtis veſtes: ſic סֵפֶר סְפָרִים, זֶרַע זְרָעִים, יֵשַׁע יְשָׁעִים, נַעַר נְעָרִים, ſic denique חֵטְא חֲטָאִים: at צֶאֱל צְאֱלִים פִּלֶגֶשׁ פִּלַגְשִׁים. Holem duntaxat cor-

ripitur: ut קֹדֶשׁ קֳדָשִׁים sanctitas sanctitates: quãquam hîc interdum est camets longum, ut Ezech. 36. כְּצֹאן קָדָשִׁים sicut oues sanctificationum. At pathah & hiric redeunt in tseri ut זַיִת זֵיתִים olea oleæ. Excipe בַּיִת בָּתִּים, תַּיִשׁ תְּיָשִׁים, חַיִל חֲיָלִים, עִיר עָרִים Camets & vau in holem : ut מָוֶת מוֹתִים mors mortes.

Contractio numeri. Nomina plurali inflexa per camets, contractionem pluralis secundariam admittunt : ut דָּבָר דְּבָרִים דִּבְרֵי שֵׁבֶר שְׁבָרִים דִּבְרֵי שִׁבְרֵי pro שְׁבָרֵי בֶּגֶד בְּגָדִים בִּגְדֵי בְּגָדֵי. Excipe affecta dageç : ut עָקָר עֲקָרִים עִקָּרֵי, נֶגֶב נְגָבִים נֶגְבֵּי. Manet hîc quoque camets hatuph: ut קֹדֶשׁ קֳדָשִׁים אֹהֶל אֳהָלִים אָהֳלֵי, תֹּאַר תְּאָרִים sic קָדְשֵׁי, תָּאֳרֵי ubi prius camets natura breve est, licet á multis iam producatur. Eodem pertinent polysyllaba inflexa per tseri : ut זָקֵן זְקֵנִים זִקְנֵי pro זְקֵנֵי

וּזְקֵנִי. Excipe orta á penacutis, ut זַיִת olea זֵיתִים זֵיתִי. Singularis item contractio tollit tſeri ante camets, ut שְׂכַר שָׂכָר: pathah & hiric contrahit in tſeri, ut בֵּית בַּיִת: camets & vau in holem, ut מוֹת מָוֶר. Excipe שָׁוְא. Duo nomina טוֹב & חוֹר hîc faciunt טוּב & חוּר.

Numero altero carentia: plurali, צֶרֶק, תֵּבֵל, גָזֵל, בֶּטַח, הַרְבֵּה, עוֹשֶׁק. Singulari autem, זְקוּנִים, מִלּוּאִים, מְחִים, נְעוּרִים, בְּתוּלִים פָּנִים, חַיִּים. unum hîc eſt forma contracta אַשְׁרֵי.

Numeralia nomina á tribus ad decem habẽt utrunque numerum, ſed varia ſignificatione: Singularia enim unitates, pluralia denarios ſignificant: ut שָׁלֹשׁ tria שְׁלֹשִׁים triginta, אַרְבַּע quatuor אַרְבָּעִים quadraginta: at עֶשֶׂר decem עֶשְׂרִים viginti. Singularia quæ dualem habent á natura, carent plurali: ut, יָד יָדַיִם, רֶגֶל רַגְלַיִם

רַגְלַיִם χεὶρ χεῖρε, ποὺς πόδε: quæ veró ab arte, pluralem habent: ut אֶלֶף אַלְפַּיִם אֲלָפִים χιλιὰς χιλιάδε χιλιάδες, כִּכָּר כִּכְּרַיִם כְּכָרִים τάλαντον ταλάντω τάλαντα. Quædam tantúm ſunt dualia: ut שָׁמַיִם & מֵי contracté, שְׁנַיִם, צָהֳרַיִם, רֵחַיִם, מַיִם אָבְנַיִם, מֵימֵי.

Anomalia generis. Nomina numeri ſingularia á tribus ad decem, ſunt fœminina: ut שָׁלשׁ, אַרְבַּע, & cætera: pluralia ſunt communia, ut שְׁלשִׁים, עֶשְׂרִים: item מָגֵן, מָקוֹם, זָקֵן, מַחֲנֶה, אֵשׁ.

Cap. 7. De ſecunda declinatione.

Secunda declinatio eſt fœmininorum, quæ pluralem á ſingulari inflectit in וֹת, & duos habet fines.

Primus finis eſt in ָה, & plurali mutatur in וֹת: ut נְגִינָה נְגִינוֹת canticum cantica. Manet hic porró camets

mets penultimum in plurali abſoluto : ut צְדָקָה צְדָקוֹת. E maſculinis penacutis fiunt hic nomina , ut á מֶלֶךְ rex מַלְכָּה &c. ſic á כֶּשֶׂב כִּשְׂבָּה כְּשָׂבוֹת item é maſculinis in י, fiunt nomina in יָה: ut á נָכְרִי peregrinus נָכְרִיָּה peregrina & cætera eiuſmodi.

Dualis maſculinum dualem imitatur , ſed hic pro ה eſt ת : ut שָׂפָה שְׂפָתַיִם.

Contractio numeri hic feré eſt ſingularis, & in fine camets corripitur, ut antea, ſed ה mutatur in ת ut נְגִינָה נְגִינַת. Attamen camets penultimum in utriuſque numeri cõtractione tollitur : ut צְדָקָה צִדְקַת צְדָקוֹת צִדְקוֹת: tſeri etiam interdum,ut תּוֹעֵבָה תּוֹעֲבַת תּוֹעֵבוֹת תּוֹעֲבוֹת.

Anomalia numeri. Plurali carent nomina numeri : ut שְׁלֹשָׁה אַרְבָּעָה & cætera: Singulari שְׁחוֹרוֹת, item duale שְׁתַּיִם, contractè שְׁתֵּי & שְׁתַּיִם

& וּשְׁתֵּים עֶשְׂרֵה מַצֵּבָה. Exod. 24. שְׁתֵּים & duodecim titulos.

Anomalia generis. Nomina numeri hîc ſunt maſculina: ut שְׁלֹשָׁה אַרְבָּעָה. Quædam plurali ſunt maſculina: ut סְאָה סְאִים, שְׂעֹרָה שְׂעוֹרִים, לְבֵנָה, מִלָּה, נְמָלָה, תְּאוּנָה, תְּאֵנָה, דְּבֵלָה, דְּבוֹרָה, יְעֵנָה יְעֵנִים, יוֹנָה, פִּשְׁתָּה, אֵימָה, אֲשֵׁרָה, אָלָה, הַשְׁכָּה חִטָּה: at שָׁנָה שָׁנִים & שָׁנוֹת, אֲלֻמָּה אֲלֻמִּים אֲלֻמּוֹת.

Secundus finis eſt in ת: huc pertinent primò nomina acuta, quæ pluralem flectunt in יוֹת: ut גָּפְרִית, גָּפְרִיּוֹת, מַלְכוּת מַלְכֻיּוֹת. E maſculinis in י, fiũt hîc nomina adiecto ת: ut gentilia מִצְרִית, יְהוּדִית. Item numeralia: ut רְבִיעִית, שְׁלִישִׁית &c. At monoſyllaba in ית pluralem utrumque admittũt, & quidem utroque genere: ut שְׁבִית שְׁבִיתִים, שְׁבִיּוֹת שְׁבִיּוֹתִית, ſic nonnulla in ות, ut שְׁבוּת, זְנוּת, תְּנוּת, תַּרְבּוּת, ורות: At nomen אוֹת pro ſigno facit אוֹתוֹת,

pro

pro litera אוֹתִיּוֹת. Quædam pauló secus declinantur: ut חָמוֹת, אֲחָיוֹת אָחוֹת חֲמָיוֹת, חַטָּאת, חַטָּאוֹת נֹשֵׂאת, נֹשְׂאֹת, מְלֵאת מְלֹאת &c. Secundo huc pertinent penacuta, quæ etiã pluralem inflectunt per camets: ut קֶשֶׁת קְשָׁתוֹת & cætera: at בְּנֹת, pro quo est בַּת, facit בָּנוֹת. Dualis hîc pluralem suum sequitur, sine duntaxat mutato: ut דֶּלֶת דְּלָתוֹת דְּלָתַיִם.

Anomalia generis hîc rara est, ut שִׁבֹּלֶת שִׁבֳּלִים.

Anomalia utriusque declinationis.

Quædam nomina primæ declinationis habent pluralem secundæ: אָב אָבִי אָבוֹת contractè אַרְמוֹן אַרְמְנוֹת, שֵׁם שֵׁמוֹת: שׁוֹפָר, שֻׁלְחָן, שׁוּר, צָבָא, צֵלָע, רַתּוֹק, רוּחַ, לַיִל, לוּחַ, מַקֵּל, מָקוֹם, מִשְׁמָר, נֵר, דַּרְבוֹן, קִיר, קוֹל, כָּתֵף, כִּסֵּא, גַּג, נָדָר, גּוֹרָל, גְּבוּל, גָּלִיל, פַּחַת, בַּיִן, אֶשְׁכּוֹל, אֶרֶץ, אוֹצָר, אֹרַח, חוֹחַ, חֶרֶב, עֵשֶׂב, עוֹר. Alia habent utrunque: ut סִיר סִירִים סִירוֹת: שָׂדֶה

שְׁבוּעַ שָׁבוּעִים, שָׁבוּעוֹת, זְרוֹעַ, לֵבָב, מִסְמֵר, מַרְאֶה, מַקְהֵל, מַחֲנֶה, מָקוֹר, מָגוֹר, מִזְרָק, מִקְצוֹעַ, מִבְצָר, מוֹשָׁב, מָאוֹר, נֶפֶשׁ, דוֹר, קָלִי, כָּלָה, כּוּר, פֶּה & פִּי פִּים פִּיּוֹת פִּיוֹת פִּפִיּוֹת, פִּרְזוֹן, הֵיכָל, חָצֵר עָפָר עֶצֶם.

Cap. 8. De pronomine.

Anomala quædam hic pronomina vocantur: tria porró ſunt integra,

הוּא	הֵם
הִיא	הֵן
אַתָּה	אַתֶּם
אַתְּ	אַתֶּן
אֲנִי	אֲנַחְנוּ

Pluralia ם & ן finita admittunt ה Paragogicum Iob 24. הֵמָּה. Geneſ. 31. הֵנָּה. Eſt & אָנֹכִי pro אֲנִי, item נַחְנוּ & אָנוּ pro אֲנַחְנוּ.

Eadem etiam pronomina varié

contra

contrahuntur, & affixa appellantur:

הֶם ,ֵ ם	ֹו ,ו ,הוּ ‥
הֶן ,ֵ ן	הָ ,הּ ַ
כֶם	ךָ
כֶן	ךְ ‥
נוּ ‥	נִי ,י ‥

Defectiva sunt quinque, quorum tria carent altero numero; plurali מִי quis & quæ, מַה vel מֶה quid: זו sive זֶה hic, זו vel זאת hæc: אֵל vel אֵלֶּה hi & hæ. Reliqua numero & genere infinita duo sunt, relativum אֲשֶׁר cõtracté שֶׁ, & articulus הַ.

Cap. 9. De verbo.

Verbum est vox numeri & generis cum tempore & persona.

Tempus est differentia verbi secundum præteritum aut futurum.

Præte-

Præteritum unicum eſt pro omnibus: ut פָּקַד uiſitabat, viſitavit, viſitauerat. Futurum duplex, primum ut פְּקוֹד viſita ſecundum ut יִפְקוֹד viſitabit. Præteritum & futurum ſecundum etiam præſens tempus cõprehendunt, cúm ἀορίςως ſumuntur. Pſalm.1. אַשְׁרֵי הָאִישׁ אֲשֶׁר לֹא הָלַךְ בַּעֲצַת רְשָׁעִים beatus vir qui non ambulavit in cõſilio impiorũ, id eſt, nõ ambulat. Ibid. וּבְתוֹרָתוֹ יֶהְגֶּה יוֹמָם וָלָיְלָה & in lege eius meditabitur die ac nocte, id eſt meditatur. E primo autem futuro oritur verbũ infinitum: ut פְּקוֹד viſitare: ſicut é præterito nomẽ participiũ præſens ut פּוֹקֵד viſitans, præteritum, ut פָּקוּד viſitatus. Participiũ fœmininum indifferẽter deſinit in ה vel ת penacutum: ut נִפְקָדָה vel נִפְקֶדֶת.

Perſona eſt ſpecialis terminatio verbi: eſtque triplex, & ſuo quæque genere

genere diſtinguitur: ut פָּקַד viſitavit vir, פָּקְדָה viſitavit fœmina: פָּקַדְתָּ viſitaſti vir, פָּקַדְתְּ viſitaſti fœmina: prima tamen quælibet, & tertia pluralis præteriti ſunt communes. Perſonæ autem præteriti á themate in ſex fines exeunt pathah antegreſſo, nẽpe נו, תֶן, תֶם, תי, ת, תָ: ſed fœmininum genus hic vocalem thematis vltimã amittit: ut פָּקַד פָּקְדָה, unde etiã tertia pluralis fit in ו, ut פָּקְדוּ. Futuri primi ſola eſt ſecunda perſona, & á ſingulari maſculina fiunt reliquę detracta ultima vocali: ſingularis fœminina fit in י, ut פְּקוֹד פִּקְדִי: pluralis maſculina in ו, ut פִּקְדוּ: fœminina duntaxat aſſumit נָה, ut פְּקוֹדְנָה. Futurum ſecũdum fit é primo additis literis יתאן. Perſonę autem tam pręteriti, quám futuri ſecundi terminatæ ו vel י, poſſunt accipere ן paragogicum: ut פָּקְדוּ פָּקְדוּן, תִפְקְדִי תִקְדִין. Ergo hæc generalis

ralis verbi flexio deinceps in singulis formis consideranda est.

Cap.10. De coniugatione, primóque genere formæ levis.

Flexio porró verbi cõiugatio dicitur: eiúsq; duplex est forma, activa aut passiva: rursum utraque est levis aut gravis: Levis, quæ caret dageç: hæc itẽ duplex: prima, cuius thema exit per pathah, & activa hic vulgó dicitur Cal, passiva Niphal.

Forma activa siue Cal.

Præteritum.

S.

פָּקַד ,פָּקְדָה

פָּקַדְתָּ ,פָּקַדְתְּ

פָּקַדְתִּי

P.

פָּקְדוּ

פְּקַדְתֶּם,פְּקַדְתֶּן

פָּקַדְנוּ

Ano-

Anomalia præt. Duo præterea fines hic esse possũt, tseri & holem: ut לָבֵשׁ, יָכֹל. Manet veró holem in reliquis personis non contractis, ut יָכֹלְתִּי יָכֹלְתָּ : at יָכְלָה יָכְלוּ : in secundis pluralibus est camets hatuph, ut יְכָלְתֶּם יְכָלְתֶּן. Rarum est hiric aut segol pro pathah. Deuter. 4. יְרִשְׁתֶּם. 1. Sam. 10. שְׁאֶלְתֶּם. Verbum נָתַן amittit extremum נ ante ת, ut נָתַתָּ נָתַתְּ: interdum etiam primum, ut 2. Samuel. 22. תַּתָּ.

Futurum primum.

S.

פְּקוֹד, פִּקְדִי

P.

פִּקְדוּ, פְּקוֹדְנָה

Anomalia fut. Finis etiam hic potest esse pathah: ut שְׁכַב שְׁלַח. Cum ה paragogico sępius est contractio: ut שִׁכְבָה שִׁלְחָה. Et cum camets hatuph: ut קָרְבָה. Sic in proximis duabus vocibus

uocibus: ut מַלְכֵּי, חָרְבוֹ. At ante gutturalẽ eſt holem: ut Num. 23. זוֹעֲמָה Pluralis fœminina interdum cõtrahitur. Geneſ. 4. שְׁמַעַן pro שְׁמַעְנָה.

Quædam hîc amittunt primam thematis literam, & defectiva ideó appellantur: Primó inchoata נ, quæ finem feré habent analogum: ut á נָגַשׁ fit גֵּשׁ, vel גַּשׁ, raró גֵּשׁ: at á נָתַן ſemper fit תֵּן. Huc pertinet לָקַח accepit. Secundo inchoata י, quæ feré deſinunt in tſeri: ut á יָשַׁב fit שֵׁב. Pauca retinent pathah, nempe quorũ media eſt צ: ut צַק á יָצַק.

Futurum ſecundum.

S.

יִפָּקוֹד, תִּפָּקוֹד

תִּפָּקוֹד, תִּפָּקְדִי

אֶפָּקוֹד

P.

יִפָּקְדוּ, תִּפָּקוֹדְנָה

תִּפָּקְדוּ, תִּפָּקוֹדְנָה

נִפָּקוֹד

Forma-

Formatiuæ literæ haberent çeva, nisi alterum sequeretur. א veró hic postulat segol. ה paragogicum additur sicut in primo futuro: ut אֶשְׁכַּב אֶשְׁכְּבָה interdum אֶשְׁכְּבָה. Est etiam ו pro i. Exod. 18. יִשְׁפּוּטוּ. Ruth. 2. תַּעֲבוּרִי. Et י pro ת. Dan. 8. יַעֲמוֹדְנָה. Inchoata א sępius hîc contrahuntur in holem, & pathah vel tseri terminantur: ut אָמַר dixit, יֹאמַר אֹמַר vel אֹמֵר יֹאמֵר. Reperiuntur tamen integra Iob. 34. יֶאֱסֹף.

Inchoata י hîc suam literã indicãt per nudum tseri: ut יָשַׁב á יֵשֵׁב אֵשֵׁב quod si י adsit, erunt plané analoga: ut יָנַק á יִינַק אִינַק. At á יָסַר fit אִסַר &c.

Infinitum.

פָּקוֹד

Hæc vox interdum nil discrepat á primo futuro: ut Eccles. 3. עֵת סְפוֹד וְעֵת רְקוֹד tempus lugendi, & tempus saltandi.

Defe-

Defectiva hic fiunt tanquam nomina penacuta: ut גְּנֶשׁ גֶּשֶׁת, לְקַח קַחַת sic יָשַׁב שֶׁבֶת יָצַב צֶבֶת, at á נָתַן fit תֵּת pro תֶּנֶת & cum paragoge נ,תִּתֵּן.

Participium præsens.

S.

פּוֹקֵד,פּוֹקְדָה

P.

פּוֹקְדִים,פּוֹקְדוֹת

Anomalia part. Interdũ pro tseri est pathah aut hiric. Deut. 32. אֹבַד Psal.16.תוֹמִיךְ.Isa. 29. יוֹסִף. Fœmininũ singulare integrum etiam reperitur.Ierem.3.בֹּגֵרָה. Cant.1.נֹטֵרָה.

Partic.præteritum.

S.

פָּקוּד,פְּקוּדָה

P.

פְּקוּדִים,פְּקוּדוֹת

Participium fœmininum hic tantúm desinit in ה.

Forma

Forma paſsiva vel Niphal.

Hæc forma fit á ſuperiore, præpoſito נ. Præteritum.

S.

נִפְקַד,נִפְקְדָה

נִפְקַדְתָּ,נִפְקַדְתְּ

נִפְקַדְתִּי

P.

נִפְקְדוּ

נִפְקַדְתֶּם,נִפְקַדְתֶּן

נִפְקַדְנוּ

Rarus hîc eſt finis holem. Eſt. 8. נֶחְתּוֹם. At illud valde eſt anomalū Ezech.9.נִשְׁאַר pro נִשְׁאַר. Cum א interdum eſt contractio. Num. 32. נֵאחֲזוּ pro נֶאֶחְזוּ. Defectiuum ל hic eſt Iob.4.נִלְתָּעוּ pro נִתְּעוּ לָתַע.

Futurum primum.

S.

הִפָּקֵד,הִפָּקְדִי

P.

הִפָּקְדוּ,הִפָּקַדְנָה

Characteriſtica נ apparet in dageç: quod adiecto ה ſublatum eſt,

d nonnun-

nonnũquam tamen retinetur, Ioel. 3. נִקָּבְצוּ congregamini. Ierem. 50. נִלְוּוּ copulamini. ultima eſt interdũ cum pathah, præſertim ante conſonas gutturis: ut Ezech. 21. הֵאָנַח ingemiſce. Hic etiam cernitur ו pro י ut הִוָּשֵׁב pro הִיָּשֵׁב. idem fit in reliquis temporibus hinc deductis.

Futurum ſecundum.

S.

יִפָּקֵד,תִּפָּקֵד

תִּפָּקֵד,תִּפָּקְדִי

אֶפָּקֵד

P.

יִפָּקְדוּ,תִּפָּקַדְנָה

תִּפָּקְדוּ,תִּפָּקַדְנָה

נִפָּקֵד

א interdum habet hiric. Ezech. 14. אִדָּרֵשׁ. 1. Sam. 27. אִמָּלֵט. & cum ה paragogico אִמָּלְטָה Iob. 1.

Infinitum.

הִפָּקֵד

Interdum & forma activa, & נ chara-

characteriſtica retinétur. 1. Sam. 20. נִשְׁאֹל. Iud. 11. נִלְחַם.

Participium præſens.

S.

נִפְקָד, נִפְקָדָה

P.

נִפְקָדִים, נִפְקָדוֹת

Differt á præterito ſola ultimæ ſyllabæ quantitate.

Cap. 11. De ſecundo genere formæ levis.

Alterum genus formæ levis ſequitur, factum é ſuperiore, prępoſito ה: atque in hac forma gemina feré actio ſignificatur: ut פָּקַד viſitavit, הִפְקִיד viſitare fecit.

Forma activa ſive Hiphil.

Præteritum.

S.

הִפְקִיד, הִפְקִידָה

הִפְקַדְתָּ, הִפְקַדְתְּ

הִפְקַדְתִּי

P.

הִפְקִידוּ

הִפְקַדְתֶּם, הִפְקַדְתֶּן

הִפְקַדְנוּ

Tseri sub ה rarum est. Ios. 7. הֶעֱבַרְתָּ quod & הַעֲבַרְתָּ dicitur Exod. 13. sic הֶעֱמַדְתְּ Num. 3. Tertiæ autem personæ integré hîc formantur. Duo verba יָנַח & יָקַף mutant hîc י in dageſ, perinde ac si media esset צ: ut הִנִּיחַ הִקִּיף.

Futurum primum.

S.

הַפְקֵד, הַפְקִידִי

P.

הַפְקִידוּ, הַפְקֵדְנָה

Vltima interdũ est hiric. Prover. 25. הַאֲכִיר. Et pathah. Iob. 13. הַרְחַק At proximæ duæ voces semper habent hiric in penultima: ut הַפְקִידִי

Futurum secundum.

S.

יַפְקִיד, תַּפְקִיד

תַּפְקִיר, תַּפְקִירִי
אַפְקִיר

P.

יַפְקִירוּ, תַּפְקֵרְנָה
תַּפְקִירוּ, תַּפְקֵרְנָה
נַפְקִיר

Hîc fit contractio pro יְהַפְקִיר &c. At inchoata א interdum hîc ipsum contrahunt. 1. Sam. 15. וַיָּרֶב pro וַיֶּאֱרֹב. Pluralis etiam penultima nonnunquam contrahitur. 1. Sam. 31. יַדְבְּקוּ pro יַדְבִּיקוּ.

Infinitum.

הַפְקֵר

Pro ה est א Ierem. 25. אַשְׁכֵּים.

Participium præsens.

S.

מַפְקִיר, מַפְקִירָה

P.

מַפְקִירִים, מַפְקִירוֹת

Fit ex primo futuro, adiecto מ, sed contracté pro מְהַפְקִיר. At מֵזִין pro מַאֲזִין Proverb. 17.

Forma paßiva vel Hophal.

Præteritum.

S.

הֳפְקַד, הֳפְקְדָה

הֳפְקַדְתָּ, הֳפְקַדְתְּ

הֳפְקַדְתִּי

P.

הֳפְקְדוּ

הֳפְקַדְתֶּם, הֳפְקַדְתֶּן

הֳפְקַדְנוּ

Forma hæc flectitur per ֳ ְ, potest tamen etiã flecti per ָ : ut הָשְׁכַּב Ezech.32. Et per וּ, vt in inchoatis י, הוּשַׁב. Porró deesthîc futurum primum.

Futurum secundum.

S.

יָפְקַד, תָּפְקַד

תָּפְקַד, תָּפְקְדִי

אָפְקַד

P.

יָפְקְדוּ, תָּפְקַדְנָה

תָּפְקְדוּ, תָּפְקַדְנָה

נָפְקַד

Fit

Fit á præterito.

Infinitum.

הָפְקֵד

Participium præteritum.

S.

מָפְקָד,מָפְקָדָה

P.

מָפְקָדִים,מָפְקָדוֹת

Cap.12. De primo genere formæ gravis.

Forma gravis eſt quæ habet dageç perpetuum: eáque item duplex: Prima eſt é ſimplici themate.

Forma activa ſive Piel.

Præteritum.

S.

פִּקֵּד,פִּקְּדָה

פִּקַּדְתָּ,פִּקַּדְתְּ

פִּקַּדְתִּי

P.

פִּקְּדוּ

פִּקַּדְתֶּם,פִּקַּדְתֶּן

פִּקַּדְנוּ

Sic etiam cũ gutturali נִאֵץ. Pſal.10.

itẽ נֵאֵר Thre.2. Sæpe etiã for ma hæc desinit in pathah, præsertim ante gutturales: ut אִבַּר, שִׁבַּר, שִׁלַּח, בִּלַּע.

Futurum primum.

S.

פַּקֵּד, פַּקְּדִי

P.

פַּקְּדוּ, פַּקֵּדְנָה

Futurum secundum.

S.

יְפַקֵּד, תְּפַקֵּד

תְּפַקֵּד, תְּפַקְּדִי

אֲפַקֵּד

P.

יְפַקְּדוּ, תְּפַקֵּדְנָה

תְּפַקְּדוּ, תְּפַקֵּדְנָה

נְפַקֵּד

Infinitum.

פַּקֵּד

At יַסֹּר Psal. 118.

Participium præsens.

S.

מְפַקֵּד, מְפַקֶּדֶת

P.

מְפַקְּדִים, מְפַקְּדוֹת

Fit

Fit a primo futuro addito מ. Contractio est in א Iob. 35. מַלְּפֵנוּ pro מְאַלְּפֵנוּ.

Forma paſsiva vel Pual.

Præteritum.

S.

פֻּקַּד, פֻּקְּדָה

פֻּקַּדְתָּ, פֻּקַּדְתְּ

פֻּקַּדְתִּי

P.

פֻּקְּדוּ

פֻּקַּדְתֶּם, פֻּקַּדְתֶּן

פֻּקַּדְנוּ

Forma hæc per ֻ inflectitur: at dageç ſublato erit i ut Levit. 6. מֹרַק Ezech. 23. מֹעֲכוּ. At eiuſdem 16. כֹּרָת. Ante ח manet qibbuts: ut רֻחַץ Prov. 30. Quædam hîc fiunt additis etiam aliis literis: ut Ierem. 22. מְקֻנַּנְתְּ. Iſa. 59. נְגֹאֲלוּ. 1. Paral. 20. נוּלְּדוּ. Porró deeſt hîc primum futurum.

Futu-

Futurum ſecundum.

S.

יְפֻקַּד,תְּפֻקַּד

תְּפֻקַּד,תְּפֻקְּדִי

אֲפֻקַּד

P.

יְפֻקְּדוּ,תְּפֻקַּדְנָה

תְּפֻקְּדוּ,תְּפֻקַּדְנָה

נְפֻקַּד

Fit á præterito.

Infinitum.

פֻּקֹּד

Participium præſens.

S.

פֻּקָּד,פֻּקָּדָה

P.

פֻּקָּדִים,פֻּקָּדוֹת

Particip.præteritum.

S.

מְפֻקָּד,מְפֻקָּדָה

P.

מְפֻקָּדִים,מְפֻקָּדוֹת

Cap.13. De ſecundo genere formæ gravis, ſive Hitphael.

Secundum genus formæ gravis reſtat, factum é futuro activo primi generis, addita ſyllaba, הִתְ. Porró actio hîc fere eſt reciproca: ut הִתְפַּקֵּד viſitavit ſeſe.

Præteritum.

S.

הִתְפַּקֵּד, חִתְפַּקְּדָה

הִתְפַּקַּדְתָּ, הִתְפַּקַּדְתְּ

הִתְפַּקַּדְתִּי

P.

הִתְפַּקְּדוּ

הִתְפַּקַּדְתֶּם, הִתְפַּקַּדְתֶּן

הִתְפַּקַּדְנוּ

Si thema incipiat ab ס puro aut miſto, tum ipſum ס medium inter ה & ת collocabitur: ut הִסְתַּתֵּר הִשְׁתַּמֵּר pro הִתְסַתֵּר הִתְשַׁמֵּר. Interdum ת mutatur in dageç: ut הִטַּמֵּא הִזַּכָּה pro הִתְטַמֵּא הִתְזַכָּה. Mutatur etiam in ט ut

ut הִצְטַדֵּק pro הִתְצַדֵּק. ſæpe etiã forma hæc videtur ex aliis miſta: ut Ezech. 23. נִוַּסְּרוּ pro נִתְוַסְּרוּ. Prov. 27. נִשְׁתַּוָּה. Deut. 21. נִכַּפֵּר. Num. 1. הָתְפָּקְדוּ. Deut. 24. הֻטַּמָּאָה. Iſa. 34. הֻדַּשְּׁנָה. Hîc etiam poteſt eſſe prima litera ו pro י: ut הִתְוַדַּע pro הִתְיַדַּע. Reperitur etiam ſegol pro pathah ante ֶ. Ezech. 5. הִתְנַחַמְתִּי. Num. 8. הִטַּהֲרוּ,

Futurum primum.

S.

הִתְפַּקְדִי,הִתְפַּקֵּד

P.

הִתְפַּקֵּדְנָה,הִתְפַּקְדוּ

Futurum ſecundum.

S.

תִּתְפַּקֵּד,יִתְפַּקֵּד

תִּתְפַּקְדִי,תִּתְפַּקֵּד

אֶתְפַּקֵּד

P.

תִּתְפַּקֵּדְנָה,יִתְפַּקְדוּ

תִּתְפַּקֵּדְנָה,תִּתְפַּקְדוּ

נִתְפַּקֵּד

Infinitum.

התפקד

הִתְפַּקֵּד

Participium præſens.

S.

מִתְפַּקֵּד, מִתְפַּקְּדָה

P.

מִתְפַּקְּדִים,מִתְפַּקְּדוֹת

Contractio hîc eſt pro מְהִתְפַּקֵּד At Iſa.52. מִנְאָץ pro מִתְנָאֵץ.

Cap.14.De verbis anomalis,ac primùm de monoſyllabis ſimplicibus.

Hactenus verbi analogia fuit, anomalia ſequitur, quæ partim contractione fit, partim productione. Contractio tollit alteram de tribus literis thematis:unde monoſyllaba exiſtunt,quædam ſimplicia, aliá geminata,& magnam utraque habẽt affinitatem: fœmininũ autem participium formæ levis tantúm habẽt in ה.Simplicia amittũt ו vel י itaque radix eorum ita notatur, בּוּן vel בּוֹן שִׂיל & cætera eodem modo,

De

De primo genere formæ levis.

Forma activa sive Cal.

Præteritum.

S.

בָּן,בָּנָה

בַּנְתָּ,בַּנְתְּ

בַּנְתִּי

P.

בָּנוּ

בַּנְתֶּם,בַּנְתֶּן

בָּנְנוּ vel בָּנּוּ

Duo reliqui fines tſeri & holem raró hîc reperiuntur: ut מֵת, מַתָּ, מַתְּ, מֵתִי pro מַתִּי, &c. mutatur enim alterum ת in dageç, ut ſimilium literarum concurſus vitetur. Item טוֹב טֹבְתָּ טֹבַת טֹבְתִּי &c. א pro ſecunda thematis litera ſemel atque iterum reperies. Oſe.10. קָאם Zachar. 14. רָאֲמָה pro רָמָה.

Futurum primum.

S.

בּוֹן,בּוֹנִי

בונו

P.

בְּונו,בְּונְנָה

Interdum per holem,ut שׁוֹם.

Futurum ſecundum.

S.

יָבְון,תָּבְון

תָּבְון,תָּבְוני

אָבְון

P.

יָבְונו,תָּבְונְנָה

תָּבְונו,תָּבְונְנָה

נָבְון

Sic per holem,ut יָמוֹת.

Infinitum.

בְּון

Cum holem,ut מוֹת

Participium præſens.

S.

בָּן,בָּנָה

P.

בָּנִים,בָּנוֹת

Partic.præteritum.

S.

בְּון,בּונָה

P.

כּוֹנִים,כּוֹנוֹת

Forma paſsiva vel Niphal.

Præteritum.

S.

נָכוֹן,נָכוֹנָה

נְכוּנוֹתָ,נְכוּנוֹת

נְכוּנוֹתִי

P.

נָכוֹנוּ

נְכוּנוֹתֶם,נְכוּנוֹתֶן

נְכוּנוֹנוּ

Poteſt etiam ubique eſſe ו : ut נְכוֹנוֹתָ נְכוּנוֹת &c.

Futurum primum.

S.

הִכּוֹן,הִכּוֹנִי

P.

הִכּוֹנוּ,הִכּוֹנֶנָה

Futurum ſecundum.

S.

יִכּוֹן,תִּכּוֹן

תִּכּוֹן,תִּכּוֹנִי

אֶכּוֹן

P.

יִכּוֹנוּ , תִּכּוֹנֶנָה

תִּכּוֹנוּ,תִּכּוֹנֶנָה

נִכּוֹן

Infinitum.

הִכּוֹן

Participium præſens.

S.

נָכוֹן,נְכוֹנָה

P.

נְכוֹנִים, נְכוֹנוֹת

Cap. 15. De ſecundo genere formæ levis.

Forma actiua ſive Hiphil.

Præteritum.

S.

הֵבִין,הֵבִינָה

הֲבִינוֹתָ,הֲבִינוֹת

הֲבִינוֹתִי

P.

הֵבִינוּ

הֲבִינוֹתֶם,הֲבִינוֹתֶן

הֲבִינוֹנוּ

Poteſt etiam legitimé flecti: ut הֲבִין הֲבִנֹתָ הֲבִנֹת &c. ultima gutturali ſæpe eſt pathah pro hiric: ut הָרַע. Sæpe etiam hîc excidit characteriſtica ה. Dan. 9. בִּינֹתִי. Eſt & tſeri pro hiric. Num. 11. הֲרֵעֹתָ. Exo. 26. הֲקֵמֹתָ. At הֲשִׁיבֹותִי pro הוֹשְׁבוֹתִי Zach. 10.

Futurum primum.

S.

הָבֵן, הָבִינִי

P.

הָבִינוּ, הָבֵנָּה

Vltima poteſt eſſe hiric: ut הָבִין. Et ſine ה, Exod. 17. שִׂים pone Pſal. 48. לִין pernocta. Ruth. 3. בִּינָה intellige. Pſal. 5. בִּינוּ intelligite.

Futurum ſecundum.

S.

יָבִין, תָּבִין

תָּבִין, תָּבִינִי

אָבִין

P.

יָבִינוּ, תְּבִנֶּנָה

תָּבִינוּ,תָּבִנֶּנָה

נָבִין

Poteſt etiam dici יָבֵן &c.

Infinitum.

הָבִין

Participium præſens.

S.

מֵבִין,מְבִינָה

P.

מְבִינִים,מְבִינוֹת

Forma paßiua ſiue Hophal.

Præteritum.

S.

הוּבַן,הוּבְנָה

הוּבַנְתָּ,הוּבַנְתְּ

הוּבַנְתִּי

P.

הוּבְנוּ

הוּבַנְתֶּם,הוּבַנְתֶּן

הוּבַנּוּ

Futurum ſecundum.

S.

יוּבַן,תּוּבַן

תּוּבַן,תּוּבְנִי

אובֵן

P.

יובְנו, תּוּבֶנְנָה

תובְנו,תּוּבֶנְנָה

נובֵן

Infinitum.

הובֵן

Participium præteritum.

S.

מובָן,מובָנָה

P.

מובָנִים,מובָנוֹת

De primo genere formæ gravis.

Forma activa & paßiva.

Præteritum.

S.

בּוֹנֵן,בּוֹנְנָה

בּוֹנַנְתָּ,בּוֹנַנְתְּ

בּוֹנַנְתִּי

P.

בּוֹנְנוּ

בּוֹנַנְתֶּם,בּוֹנַנְתֶּן

בּוֹנַנּוּ

Hæc forma cum passivé sumi-
tur,

tur, ſæpius deſinit in pathah: ut בּוֹנַן Veteres novam ſpeciem cõiugationis hic fecêre, quam מְרֻבָּע quadratã appellarunt, quód quatuor in ea literæ exprimantur: verúm rectius, meo quidem iudicio, ſentit Elias, pro dageç, extremã literam eſſe geminatam. Attamẽ hæc verba interdum analoga reperiuntur: ut קִיֵּם á קוּם Eſth. 9. Porró é verbis perfectis tria hanc formam imitantur: שׁוֹפֵט לוֹשֵׁן, אוֹבֵל.

Futurum primum.

S.

בּוֹנֵן, בּוֹנְנִי

P.

בּוֹנְנוּ, בּוֹנֵנָּה

Futurum ſecundum.

S.

יְבוֹנֵן, תְּבוֹנֵן
תְּבוֹנֵן, תְּבוֹנְנִי
אֲבוֹנֵן

P.

יְבוֹנְנוּ,תְּבוֹנֵנָּה

תְּבוֹנְנוּ,תְּבוֹנֵנָּה

נְבוֹנֵן

Ex hoc genere eſt illud Iob. 39.
לוּעַ à יְלוּעֲעוּ pro יְעַלְעוּ.

Infinitum.

בּוֹנֵן

Participium præſens.

S.

מְבוֹנֵן,מְבוֹנְנָה

P.

מְבוֹנְנִים,מְבוֹנְנוֹת

Participium præteritum.

S.

מְבוֹנָן,מְבוֹנָנָה

P.

מְבוֹנָנִים,מְבוֹנָנוֹת

Cap.16. De ſecundo genere formæ grauis, ſiue Hithpael.

Præteritum.

S.

הִתְבוֹנֵן,הִתְבוֹנְנָה

הִתְבוֹנַנְתָּ,הִתְבוֹנַנְתְּ

הִתְבּוֹנַנְתִּי

P.

הִתְבּוֹנַנּוּ

הִתְבּוֹנַנְתֶּם,הִתְבּוֹנַנְתֶּן

הִתְבּוֹנַנּוּ

Futurum primum.

S.

הִתְבּוֹנֵן,הִתְבּוֹנְנִי

P.

הִתְבּוֹנְנוּ,הִתְבּוֹנֵנָּה

Futurum ſecundum.

S.

יִתְבּוֹנֵן,תִּתְבּוֹנֵן

תִּתְבּוֹנֵן,תִּתְבּוֹנְנִי

אֶתְבּוֹנֵן

P.

יִתְבּוֹנְנוּ,תִּתְבּוֹנֵנָּה

תִּתְבּוֹנְנוּ,תִּתְבּוֹנֵנָּה

נִתְבּוֹנֵן

Infinitum.

הִתְבּוֹנֵן

Participium præſens.

S.

מִתְבּוֹנֵן,מִתְבּוֹנְנָה

P.

מִתְבּוֹנְנִים,מִתְבּוֹנְנוֹת

Cap.17. De monoſyllabis geminatis.

Atque hæc de monoſyllabis ſimplicibus, ſequuntur geminata: Hæc autem fiunt á verbis integris ſecundam literam geminantibus: ut סַב á סָבַב. Itaque contractio hîc tollit literam geminatam: quæ tamen ipſa in reliqua perſonarũ flexione apparebit per dageç. Sed neq; anomalia eſt in his verbis perpetua: nam ſæpe integré omnino coniugantur, imó tota forma gravis eſt analoga, item ambo participia formæ Cal. Quare cõmunibus prætermiſſis, ſpecialia propriáque his verbis dicamus.

De primo genere formæ levis.

Forma activa ſiue Cal.

Præteritum.

S.

סַב סַבָּה

סַבּוֹת

סַבּוֹתָ,סַבּוֹת
סַבּוֹתִי

P.

סַבּוּ
סַבּוֹתֶם,סַבּוֹתֶן
סַבּוֹנוּ

Tertia pluralis poteſt etiam penacuta eſſe. Pſ. 9. תַּמּוּ. Et 12. פַּסּוּ. Interdum penultima eſt i, ex tertio fine iſtius formæ: ut Gen. 49. רֹבּוּ. Iob. 24. רוֹמּוּ.

Futurum primum.

S.

סֹב,סֹבִּי

P.

סֹבּוּ, סְבֶּינָה

Mutato accentu, quantitas penultimæ mutatur. Zach. 2. רָנִּי. Iſa. 44. רָנּוּ. ſic denique סְבֶּינָה vel סַבֶּינָה pro סֹבְנָה.

Futurum ſecundum.

S.

יָסֹב,תָּסֹב

תָּסֹב,תָּסֹבִּי

אָסֹב

P.

יָסֹבּוּ,תְּסֻבֶּינָה

יָסֹבּוּ,תְּסֻבֶּינָה

נָסֹב

Interdum ultima est ו. Psalm. 29. יָרֹון. Et 91. יָשׁוּר.

Infinitum.

סוֹב

Sic cum ו: ut לָבוּר Eccles. 9. Est etiam cum pathah. Isa. 45. לְרַד־לְפָנָיו ad extendendum coram eo. Ierem. 5. כְּשַׁךְ. Hinc est paragoge ת Ezech. 36. שַׁמּוֹת. Psal. 77. חַנּוֹת.

Forma passiva vel Niphal.

Præteritum.

S.

נָסַב,נָסַבָּה

נְסַבּוֹתָ,נְסַבּוֹת

נְסַבּוֹתִי

P.

נָסַבּוּ

נְסַבּוֹתֶם,נְסַבּוֹתֶן

נְסַבּוֹנוּ.

Interdum est hiric sub characteristica. Psal:99. נִחַר. Secunda vocalis tollitur. Ezech. 41. נָסַבָּה. & 7. נִחֲלוּ Tollitur etiam incrementum i. Ier. 22. נִחַנְתְּ. Thema reperitur per tseri & holem, sed in tertiis dũtaxat personis: ut נָמֵס, נָגֹז.

Futurum primum.

S.

הִסַּב,הִסַּבִּי

P.

הִסַּבּוּ,הִסַּבְּנָה

Flectitur etiam per holem : ut הִסּוֹב &c.

Futurum secundum.

S.

יִסַּב,תִּסַּב

תִּסַּב,תִּסַּבִּי

אֶסַּב

P.

יִסַּבּוּ,תִּסַּבְּנָה
